XIII. Per prima quidem duodecim Ecclesiae saecula constanter SS. Doctores docuerunt, parvulos sine baptismo mortuos *aeternis ignibus arsiuros esse*: scilicet Caesarius Arelatenus, Alcimus Avitus Vienenfis Episcopus, Gregorius Magnus, Prudentius Tricassinus, Rabanus Maurus, Florus Diaconus Lugdunensis, Aelredus, Honorius Augustodunensis, ceteri. ex Hispaniae Patribus eandem docuerunt doctrinam, Isidorus, Ildephonsus, et Iulianus, Augustinianae doctrinae inlustissimi defensores atque cultores.

XV. Falsissime igitur hujus doctrinae fabricatorem D. Augustini inimici, atque *crudelem puerorum tortorem* eum esse, impudentissime dixerunt. Denique nullus ex SS. DD. qui ante Augustinum fuerunt, contrarium docuit; neque Nazianzenus, neque Nyssenus, neque Athanasius: etsi ex his minus accurate, et tantum *transseunter* aliqui sint loquuti. A saeculo XIII. haec Ecclesiae doctrina ab aliquibus coepit obfuscari; plurimi tamen adversus horum errorem eam propugnarunt doctrinam, atque ad nos usque tradiderunt.

XVI. Praeter damnationem aeternam aliae sunt in Adam ejusque posteros poenae etiam constitutae, quas peccati originalis effectus appellant. peccante Adamo natura humana non solis *gratuitis* atque *supernaturalibus* donis fuit spoliata, sed etiam in naturalibus facultatibus atque viribus *vulnerata, sancitata, vexata, perdita*; ipsa humana substantia *depravata est*: et in mente ad verum cognoscendum, et potissimum in voluntate liberoque arbitrio ad bonum prosequendum, atque in corpore ad vitam agendam: *totus* (2) *homo, id est, secundum corpus et animam in deterius fuit commutatum.*

XVII. Ad miseriam iustae damnationis pertinet ignorantia, peccati poena iustissima; *approbare* (3) *enim falsa pro veris non est natura instituti hominis, sed poena damna-*
ti.

(1) L. de Fide c. XXVII. n. 68. (2) Conc. Arausican. II. can. I.
(3) D. Aug. l. III. De liber. arbit. c. XVIII. n. 52.

Diácono: sustenta com toda a firmeza e de modo nenhum ponhas em dúvida, que não só os homens dotados de razão, mas também as crianças que passam deste mundo sem o sacramento do santo baptismo são punidas com o sempiterno suplício do fogo eterno porque... pela concepção carnal e nascimento contraíram a condenação do pecado original. Falava assim porque era esta a doutrina e a fé da Igreja universal.

XIII. Na verdade, durante os doze primeiros séculos da Igreja, os Santos Doutores ensinaram constantemente que as crianças mortas sem baptismo arderiam no fogo eterno: a saber, Cesário de Arles, Alcimo Avito, Bispo de Viena, Gregório Magno, Prudêncio Tricassino, Rábano Mauro, Floro Diácono de Lião, Aelredo, Honório Augustodunense¹, etc. dos Padres da Espanha ensinaram a mesma doutrina Isidoro, Ildefonso e Juliano, ilustríssimos defensores e cultores da doutrina agustiniana.

XV. Falsamente, por isso, os inimigos de Santo Agostinho disseram sem vergonha que ele tinha sido o produtor desta doutrina e que era o cruel algoz das crianças. Finalmente, nenhum dos Santos Doutores anteriores a Santo Agostinho ensinou o contrário: nem Nazianzeno, nem Nisseno, nem Atanásio, embora acerca destas coisas alguns tenham falado menos cuidadosamente e só de passagem. Desde o século XIII, esta doutrina da Igreja começou a ser obscurecida por alguns; todavia, a maior parte deles defendeu-a contra o erro destes e transmitiu-a até nós.

XVI. Além da condenação eterna há outras penas que caem sobre Adão e seus descendentes, a que chamam efeitos do pecado original. Adão, tendo pecado, a natureza humana foi espoliada não só dos dons gratuitos e sobrenaturais, mas também foi ferida, danificada, vexada, perdida, nas faculdades e forças naturais; a própria natureza humana ficou corrompida: na mente para conhecer a verdade, e, sobretudo, na vontade e livre – arbítrio para seguir o bem, e no corpo para viver: o homem todo, isto é, segundo o corpo e a alma, foi mudado para pior.

XVII. À miséria da justa condenação pertence a ignorância, pena justíssima do pecado; com efeito, aprovar o falso como se fora a verdade, não é a natureza primitiva do homem, mas sim castigo do condenado.

¹ de Angustoduno, cidade da Gália Lugdunense, hoje Antun. (N.T.)

(15)

ti. Adami (1) *prævaricatione* quidquid ille perdidit, perdiderunt (posteri) *spoliatus est sapientia et intellectu*, cet. Præterea Adamus et ejus posteri *liberum* (2) *arbitrium ad diligendum Deum primi peccati granditate perdidimus*. nam (3) *libero arbitrio male utens homo, et se perdidit et ipsum* *Quum libero peccaretur arbitrio, victore peccato, amissum est liberum arbitrium*.

XVIII. Perdidimus utique originis peccati poena illam sanam voluntatem atque perfectum arbitrium illiusque integerrimam facultatem; quibus primus Parens fuerat donatus; sed non omne omnino perdidimus liberum arbitrium, non *extinctum et deletum* fuit, non *peremptum et eversum*: Deus enim *revelavit* (4) ... nobis per *Scripturas suas sanctas*, esse in homine liberum voluntatis arbitrium. cet. Neque Fides (5) *catbolica liberum arbitrium negat*, siue in vitam malam siue in bonam; sed eadem palam profiteretur, per peccatum Adami omnium liberum arbitrium fuisse in ipsis *naturalibus vulneratum ac viribus attenuatum et inclinatum, laesum, atque obcaecatum*, ipsum enim se excaecaverat.

XVIII. Alia accessit poena, crudelior quidem atque funestior, quae est *concupiscentia*: *subintravit enim* (6) *ignorantia rerum agendarum, et concupiscentia noxiarum*; quibus comites *subinscruntur error et dolor*. cet. *concupiscentia*, inquam, *omnium radix malorum*, qua mentis errores erroribus cumulantur vehementer, et reliquae voluntatis vires ita infirmantur, ut paene extinguantur. *concupiscentia enim non est ea vis sentiendi, sed vitium concupiscendi; est inordinatus appetitus ad quaerendam delectationem seu beatitudinem suam in creaturis quibuslibet, eisque fruendum, inclinans*.

XX. Manere autem in baptizatis *concupiscentiam vel foemitem*, neque proprie et vere in renatis peccatum esse, sed ex peccato esse et in peccatum inclinare, declaravit Tridentina Synodus: et peccati vocatur (7) *peccatum, quia peccato facta est*. Ex quo manifeste conficitur, *concupiscentiam non esse naturalem hominis proprietatem, seu non esse naturae humanae appendicem, ut ajunt, sed vitium, atque poenam, seu ef-*

(1) D. Prosp. *contr. Collat.* c. VIII. n. 3. (2) D. Aug. *Epist.* CCXVII. *ad Vital.* c. III. n. 12. (3) D. Aug. *Enchir.* c. XXX. n. 9. (4) D. Aug. *De grat. et liber. arbitr.* c. II. n. 2. (5) D. Aug. *Epist.* CCXV. *ad Valentin.* n. 4. (6) D. Aug. *Enchir.* c. XXIII. n. 8. (7) D. Aug. *Op. imp.* l. II. c. LXXI.

Pela prevaricação de Adão... tudo aquilo que ele perdeu, perderam-no os descendentes... foi espoliado da sabedoria e inteligência, etc. Além disso, Adão e nós, os seus descendentes, perdemos pela grandeza do primeiro pecado, o livre – arbítrio para amar a Deus, pois o homem usando mal do livre – arbítrio perdeu-se a si e ao seu próprio livre – arbítrio... pecando pelo livre – arbítrio perdeu-o pelo triunfo do pecado.

XVIII. Perdemos pela pena do pecado original aquela vontade sã e o arbítrio perfeito e a sua íntegra faculdade das quais fora dotado o primeiro Pai, mas não perdemos completamente todo o livre – arbítrio, não foi extinto e destruído, não foi aniquilado e abatido: Deus revelou-nos pelas suas Santas Escrituras que o homem possui o livre – arbítrio da vontade, etc. Nem a fé católica nega o livre – arbítrio para viver bem ou mal, mas a mesma professa abertamente que pelo pecado de Adão o livre arbítrio de todos ficou danificado nas próprias forças naturais, diminuído e inclinado, ferido, e privado da vista, a si próprio se cegou.

XVIII. Há outra pena mais cruel e mais funesta que é a concupiscência: introduziu-se com efeito a ignorância das coisas que devia praticar e o desejo das que devia evitar; cujas coisas levam consigo como companheiros inseparáveis o erro e a dor, etc., a concupiscência, direi, é a raiz de todos os males, pela qual os erros da mente com veemência se acumulam com erros e as restantes forças da vontade de tal modo se enfraquecem que quase se extinguem. Com efeito, a concupiscência não é aquela força de sentir, mas de desejar o vício; é um apetite desordenado para procurar o deleite ou a sua felicidade nas criaturas, quaisquer que sejam, e que inclina para a fruição delas.

XX. Declarou, todavia, o concílio de Trento que o permanecer nos batizados a concupiscência ou a fome não era própria e verdadeiramente pecado, mas nascia do pecado e inclinava para o pecado: e chama-se pecado do pecado, porque vem do pecado. Do que manifestamente se conclui que a concupiscência não é uma propriedade natural do homem, ou um apêndice da natureza humana, como dizem, mas um vício e pena ou

(16)

effectum primi peccati ; et per se esse quid inordinatum , ac propterea malum.

XXI. Scio, ajebat Divinus Paullus (1), quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum, quoniam mihi malum adjacet. Vique (2), ait D. Augustinus, desiderium mali malum est, etiamsi ei non consensiat. quod (3) repugnat voluntati bonae malum esse quis neget? malum (4) est quod impellit in malum; sed si non excurrit, repugnante sibi spiritu, non vincitur homo a malo: concupiscentiae carnalis (5) qui modum tenet, malo bene utitur; qui modum non tenet, malo male utitur.

XXII. Concupiscentiam esse malam, ut alios silentio prae-teream, nos etiam docuerunt S. Fulgentius et Pomerius, prae-terea S. Augustinus hanc doctrinam ad fidem pertinere aperte adleverat, ita concludens contra Iulianum (6), concupiscentiam esse bonam, adfirmantem: In his quaestionibus catholica veritate antiquitus tradita vestra impia novitas suffocatur. in eo autem non excessisse, licet sint qui id audacter dixerint, cautissimum atque diligentissimum gratiae Doctorem, aperitissime profiteamur.

XXIII. Igitur numquam licitum est concupiscentiae obsequi; generalis (7) enim prohibitio est, non concupisces; et generalis jussio, diliges. neque licet etiam res creatas, quaecumque illae sint, propter seipsas et amare, et illis frui velle: tunc enim (8) est cupiditas, quum propter se amatur creatura; tunc non utentem adjuvat, sed corrumpit fruentem: frui (9) autem est amore alicui rei inhaerere propter se ipsam.

XXIV. Igitur Filioli, ajebat D. Ioannes (10), nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt. Siquis diligit mundum, non est caritas Patris in eo; quoniam omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est. cer. Non praecipit, ait D. Augustinus (11), Scriptura nisi caritatem, nec culpat nisi cupiditatem; et eo modo informat mores hominum caritatem voco motum animi ad fruendum Deo propter ipsum, et se atque pro-

(1) Ad Rom. c. VII. 18. (2) Contr. Iulian. l. III. c. II. n. 7. (3) D. Aug. Contr. Iulian. l. III. c. II. n. 13. (4) D. Aug. Op. imp. l. V. c. XVIII. (5) D. Aug. Contr. Iulian. l. III. c. XXI. n. 42. (6) Libr. V. c. XII. n. 48. (7) D. Aug. De perfect. justitiae c. V. n. 11. (8) D. Aug. De Trinit. l. VIII. c. VIII. n. 13. (9) D. Aug. De Doctrin. Christian. l. I. c. III. n. 4. (10) I. Epist. c. II. 15. 16. (11) De Doctr. Christ. l. III. c. X. n. 15. 16.

efeito do primeiro pecado, e por si algo de desordenado e, portanto, mau.

XXI. Sei, dizia S. Paulo, que o bem não habita em mim, isto é, na minha carne, porque o mal mora dentro de mim. Sim, diz Santo Agostinho, o desejo do mal já é mal, embora não se consinta nele... quem negará que é um mal tudo o que resiste a uma vontade boa?... mal é o que nos incita ao mal; mas se, mercê da resistência do espírito, não nos vencer, o homem não é vencido pelo mal: o que domina a concupiscência carnal, usa bem do mal; o que não domina usa mal do mal.

XXII. Também S. Fulgêncio e Pomério, deixando outros em silêncio, nos ensinaram que a concupiscência é má; além disso, Santo Agostinho assevera abertamente que esta doutrina pertence à fã, concluindo assim contra Julianos que afirmava que a concupiscência era boa. Nestas questões a vossa ímpia novidade é sufocada pela verdade católica transmitida desde a antiguidade. Embora alguns tenham dito ousadamente que (Juliano) não se desviou, nós professamos muito abertamente o cautíssimo e diligentíssimo Doutor da graça.

XXIII. Portanto, nunca é lícito ceder à concupiscência. É uma proibição geral, não desejarás; e é uma ordem geral: amarás. Também não é lícito amar as coisas criadas, quaisquer que sejam, por si mesmas e querer delas fruir; com efeito, é cupidez quando a criatura é amada por si mesma; então não ajuda o utente, mas corrompe o fruidor; pois que fruir é aderir a alguma coisa por amor a ela própria.

XXIII. Por isso, filhinhos, dizia S. João, não queirais amar o mundo nem o que está no mundo. Se alguém amar o mundo não está nele o amor do Pai, porque tudo o que está no mundo é concupiscência da carne, etc. A Escritura, diz Santo Agostinho, não prescreve senão a caridade, e nada condena a não ser a concupiscência, e é por esse meio que ela forma os costumes dos homens... chamo caridade ao movimento da alma cujo fim é a fruição de Deus por Ele próprio e a fruição de si próprio

(17)

proximo propter Deum. cupiditatem autem motum animi ad fruendum se, et proximo, et quolibet corpore non propter Deum. Quomodo poterimus (1) amare Deum, si amamus mundum?... . . . duo ergo sunt amores, mundi et Dei. Non risus rerum (2), sed libido utentis in culpa est. deficitur enim (3) non ad mala, sed male, id est, non ad malas naturas. cetera.

XXV. Denique omnes animi aegritudines, corporis morbi, dolores, ceteraeque miseriae, atque ipsamet mors poenae sunt aequae effectus peccati originis. *Invidia (4) enim diaboli mors intravit in orbem terrarum. Per (5) unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors. et stipendia peccati mors. et corpus mortuum est propter peccatum: puto (6), quod non expositor, sed tantum lector opus habet tam clara et aperta sententia. Dogma quidem catholicum est, primos Parentes non fuisse morituros, si non peccassent: id definire Patres Africani atque Tridentini.*

XXVI. Ex Adami peccato et mors et omnia, quae sunt mortis, oriuntur: namque *factum est (7) ut omnis, ait S. Fulgentius, qui per legem peccati . . . de peccatoris semine nasciturus . . . ducturus esset aerumnosam infelicitate vitam. Et D. Augustinus, hujus vitae miseriae peccati originis iustas esse poenas, millies probaverat. Tentat error (8), ut decipiat; tentat labor aut dolor, ut frangat; tentat libido, ut accendat; tentat maeror, ut sternat; tentat typhus, ut extollat: et quis explicet omnia festinanter, quibus gravatur jugum super filios Adam?*

XXVII. Facile ex dictis efficitur, falsissimum quidem esse, homines in statu *naturae lapsae*, peccato excepto, ab hominibus in statu *naturae purae*, quem Augustinianae doctrinae excogitarunt infensi homines, in eo tantum discerni, quo *spoliatus* ab *nudo* seu *nudato*. Certum est, et eum *naturae purae* statum neque existere neque existisse umquam, et antiquos Doctores constantissime statum humanae naturae in duos tantum fuisse partitos, *naturae scilicet integrae et lapsae*.

C

XXVIII.

(1) D. Aug. Tract. II. in Epist. S. Joann. n. 8. (2) D. Aug. De Doctr. Christ. l. III. c. XII. n. 18. (3) D. Aug. De Civ. Dei l. XII. c. VIII. (4) Sapient. II. 24. (5) D. Paul. ad Rom. V. 12. VI. 23. et VIII. 10. (6) D. Aug. De peccator. merit. l. I. c. III. n. 4. (7) De Incarnat. et grat. c. XIII. n. 26. (8) D. Aug. Contr. Julian. l. III. c. XVI. n. 83.

e do próximo por amor de Deus; chamo, ao contrário, concupiscência ao movimento da alma cujo fim é fruir de si próprio, do próximo e de qualquer objecto sensível, sem referência a Deus. Como poderemos amar a Deus se amamos o mundo? Há, portanto, dois amores: o do mundo e o de Deus. A culpa não está no uso das coisas, mas na paixão viciosa daquele que delas se serviu. Com efeito, afasta-se não para o mal em si, mas de maneira má, isto é, não se inclina para naturezas más, etc.

XXV. Finalmente, todas as enfermidades da alma, as doenças do corpo, dores e restantes misérias, e a própria morte são penas e efeitos do pecado original. Pela inveja do demónio é que a morte entrou no mundo. Por um homem entrou o pecado neste mundo e pelo pecado a morte. O salário do pecado é a morte e o corpo está morto devido ao pecado. Julgo que tão claro e aberto pensamento não precisa de exposição, basta a simples leitura. É um dogma católico que os primeiros Pais não teriam morrido se não tivessem pecado. Definiram isto os padres Africanos e os Tridentinos.

XXVI. Do pecado de Adão derivam não só a morte mas todas as coisas ligadas à morte: porque (com efeito), diz S. Fulgêncio, sucedeu que pela lei do pecado todo o que nascesse da semente do pecado seria levado a uma vida cheia de infortúnios. E Santo Agostinho provara muitíssimas vezes que as misérias desta vida eram justos castigos do pecado original. O erro tenta para enganar, tenta o trabalho e a dor para enfraquecer; tenta a concupiscência para abrasar; tenta a tristeza para abater; tenta o orgulho para inflamar: e quem explicará em poucas palavras tudo aquilo que torna pesado o jugo sobre os filhos de Adão?

XXVII. Do que fica dito facilmente resulta que é falsíssimo que os homens no estado de natureza lapsa, exceptuado o pecado, apenas se distinguem dos homens no estado de natureza pura que homens inimigos da doutrina agostiniana excogitaram, como o espoliado se distingue do nu ou desnudado. É certo que o estado de natureza pura não existe, nem nunca existiu, e que os antigos doutores constantemente defenderam que o estado da natureza humana se dividiu em dois, a saber, o de natureza íntegra e o de natureza lapsa.

(18)

XXVIII. De illius autem *possibilitate absoluta*, ut dicere amant, habita solius Divinae Omnipotentiae ratione, quam brevissime dicemus, neque id inutile esse putandum viderur. Quae Dei Bonitati, Iustitiae, Sapientiae, atque Providentiae repugnant, ea pariter adversari Dei Omnipotentiae comperitum est. Quod si dixerint, ait Theodoretus (1), *quaecumque vult, facit Deus*; dicendum illis erit, *nihil cum velle facere, quod naturae suae non congruat. natura autem est Bonus, nihil ergo vult mali; natura est Iustus, nihil ergo vult injusti; natura est Verax, mendacium ergo respuit; natura est Immutabilis, mutationem ergo non recipit.*

XXVIII. Omnipotentia Dei est ipsissima Dei Voluntas, potest enim, quae vult, igitur, quum *naturae purae* status, ut enim ex Scholasticis quidam formarunt, Dei Sapientiae, Bonitati, Sanctitati, Iustitiae, atque Providentiae manifeste adversetur; Omnipotentiae Divinae pari ratione eum omnino repugnare, firmissime adseveramus, ac proinde eum statum *absolute* esse impossibile. Cave tamen, nos de alia natura, quae licet humana, diversae tamen esset *speciei*, loquutos esse, arbitraris: nam de natura humana Summum atque Infinitum Bonum secundum naturam apperente, mortem aliasque vitae aerumnas atque miseras naturaliter fugiente, sermonem habemus, quaeque re ipsa est atque existit.

DE. PRAEDESTINATIONE ELECTORVM. AD. VITAM. ET IMPIORVM. AD. MORTEM

I. VNIVERSA generis humani massa damnata, etiamsi nullus inde liberaretur (2), nemo recte posset Dei vituperare iustitiam universos omnino damnantis. Plane ita faceret (3), si tantum Iustus, non etiam Misericors esset, suamque inevitabilem Misericordiam multo evidentius in indignorum potius liberatione monstraret. Misericors igitur Deus atque Omnipotens ex eadem massa damnata quos praediligendo praevidebat, id est, praedilexit, in Caritate sua probavit, et in Christo Iesu eos ab aeterno praedestinavit. II.

(1) Epist. CXXXXIII. (2) D. Aug. *Enchir.* c. LXXXVIII. n. 25. et *De nat. et grat.* c. V. n. 5. (3) Idem *Enchir.* c. XXVII. n. 3.

XXVIII. Todavia, tratar da sua possibilidade absoluta, como gostam de dizer, em razão apenas da divina Omnipotência, de que brevissimamente falaremos, não parece que se deva julgar inútil. O que repugna à Bondade, Justiça e Sabedoria e à Providência de Deus, é reconhecido como certo que também é contrário à Omnipotência de Deus. Porque se disserem, diz Teodoreto, que Deus faz aquilo que quer, deve-lhes ser dito que nada quer fazer que não esteja de acordo com a sua natureza. Ora a natureza é boa; não quer nada de mal; a natureza é justa, nada quer de injusto; a natureza é verdadeira, portanto, rejeita a mentira; a natureza é imutável, portanto não aceita a mudança.

XXIII. A Omnipotência de Deus é a própria Vontade de Deus; com efeito, pode o que quer; por isso, como o estado de natureza pura, como alguns dos escolásticos o representaram, se opõe manifestamente à Sabedoria, à Bondade; à Santidade, à Justiça e Providência de Deus, afirmamos com toda a firmeza que, por igual razão, repugna completamente à Omnipotência divina, e, portanto, esse estado é absolutamente impossível. Tenha-se, porém, cuidado não se vá pensar que falamos de outra natureza que, embora humana, fosse de outra espécie; com efeito, falamos daquela natureza humana que naturalmente apetece o Sumo e Infinito Bem, e que naturalmente foge da morte e das outras adversidades e misérias da vida, a que na realidade é e existe.

DA PREDESTINAÇÃO DOS ELEITOS PARA A VIDA E DOS ÍMPIOS PARA A MORTE

I. Toda a massa condenada do género humano, ainda que dali nenhum fosse libertado, ninguém poderia censurar a justiça de Deus. Certamente, teria obrado deste modo, se atendesse só à sua justiça, prescindindo da misericórdia, e não mostrasse com maior evidência a sua gratuita misericórdia na libertação dos indignos. Por isso, Deus Misericordioso e Omnipotente da mesma massa condenada demonstrou o seu amor àqueles que, amando de antemão, previu, isto é, preferiu e em Cristo Jesus *ab aeterno* predestinou.

(19)

II. *Elegit ergo (1) praedestinans nos . . . non quia per nos sancti et immaculati futuri eramus, sed elegit praedestinavitque, ut essemus. quin Deus sit acceptor personarum, quum debita reddatur (2) poena damnato, indebita gratia liberato; ut nec ille se indignum queratur, nec dignum se iste gloriatur. Fecit autem hoc secundum Placitum Voluntatis suae, ut nemo de sua, sed de Illius erga se Voluntate gloriatur. Praedestinatione (3) quippe Deus ea praescivit, quae fuerat ipse factururus. Haec est (4) Praedestinatio Sanctorum, nihil aliud; Praescientia scilicet et Praeparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur. Nam in sua (5), quae falli mutarique non potest, praescientia opera sua futura disponere, id omnino, nec aliud quidquam, est praedestinare.*

III. *Ea autem beneficia Deus, qui prior dilexit nos, praeparavit et disposuit per Unigenitum suum, qui praedestinatus fuit, ut esset Unus et Mediator Dei (6) et hominum Homo Christus Iesus: atque In ipso (7) complacuit omnem plenitudinem inhabitare; et per eum reconciliare omnia in ipsum; secundum divitias gratiae ejus (8) . . . in quo et nos . . . sorte vocati sumus praedestinati secundum propositum ejus, qui operatur omnia secundum consilium Voluntatis suae. Illum ergo et nos (9) praedestinavit, quia et in illo, ut esset Caput nostrum; et in nobis, ut ejus Corpus essemus: non praecessura merita nostra, sed opera sua futura praescivit.*

III. *Praedestinationis electorum neque causa, ut ajunt, neque occasio sunt ipsorum futura opera bona, a Deo praevista; sed ea praedestinatio est pure gratuita ex mero atque unico Dei Beneplacito Omnipotentissimaque Voluntate tantum pendens: quin in Deo aliqua aut sic aut cogitetur meritum praevisionis, etiam conditionate futurorum, quae causa sit. Quid (10) . . . diligebat in Iacob, antequam natus fecisset aliquid boni, nisi gratuitum misericordiae suae donum?*

V. *Inter gratiam (11) porro et praedestinationem hoc tantum*

C ii

in-

(1) D. Aug. *De praedest. sanctor.* c. XVIII. n. 35. et 37. (2) Id. *Epist.* CLXXXIII. *ad Syxt.* c. II. n. 4. (3) Id. *De praedest. sanct.* c. X. n. 19. (4) Id. *De dono persever.* c. XIII. n. 35. (5) Id. *ib.* c. XVII. n. 41. (6) D. Paull. I. *ad Tim.* c. II. 5. (7) Idem *ad Celoss.* c. I. 19. (8) Id. *ad Ephes.* I. 7. 11. (9) D. Aug. *De dono persever.* c. XXIII. n. 67. (10) D. Aug. *Epist.* *ad Syxt.* c. VIII. n. 34. (11) Id. *De praedest. sanct.* c. X. n. 19.

II. Portanto, escolheu-nos o que predestina... não porque éramos por nossos méritos santos e imaculados, mas escolheu e predestinou para que fôssemos, sem que Deus faça acepção de pessoas, quando dá ao condenado a pena merecida e ao que se salva dá uma graça indevida; de modo que nem o primeiro se pode queixar de ser injustamente castigado, nem o segundo se pode gloriar de ser justamente salvo. Fez isto segundo o decreto da sua Vontade, para que ninguém se glorie da sua vontade, mas se glorie da Vontade Dele em relação a si. Pela predestinação, Deus previu o que havia de fazer. É esta a predestinação dos Santos, não outra coisa; isto é, a presciência de Deus e a preparação dos seus favores com os quais alcançam a libertação todos os que são libertados. Com efeito, no dispor suas obras futuras em sua presciência, infalível e imutável consiste a predestinação, e não em outra coisa.

III. Deus, que nos amou primeiro, preparou e dispôs estes benefícios pelo Seu Unigênito, que foi predestinado, para que fosse o único mediador entre Deus e os homens – o Homem Cristo Jesus; e agradou a Deus que Nele residisse toda a plenitude e por Ele fossem reconciliadas consigo todas as coisas, segundo as riquezas da sua graça... no qual também nós fomos escolhidos, predestinados, conforme o desígnio daquele que tudo opera segundo a decisão da sua Vontade. Portanto, Ele predestinou Cristo e nós, porque nele, para que fosse nossa Cabeça, e em nós, para que fôssemos seu Corpo. Ele sabia de antemão não nossos méritos precedentes (à fé), mas suas obras futuras.

III. As futuras boas obras previstas por Deus não são a causa, como dizem, nem a ocasião da predestinação dos eleitos; mas esta predestinação é puramente gratuita, dependente do mero e único beneplácito e da onnipotentíssima Vontade de Deus, sem que em Deus haja ou seja pensada alguma previsão dos méritos, mesmo a dos futuros condicionados, que seja causa. O que... amava em Jacob antes de merecer algum bem, senão um dom gratuito da sua misericórdia?

V. Entre a graça e a predestinação há apenas

(20)

interest, quod praedestinatio est gratiae praeparatio, gratia vero jam ipsa donatio . . . est ipsius praedestinationis effectus. quae quidem distincte et ordinate disposuit D. Paullus ad Rom. cap. VIII. 29. 30. Non enim (1) . . . eliguntur Paullus et qui ei similes sunt, quia erant sancti et immaculati: sed eliguntur et praedestinantur, ut in consequenti vita per opera atque virtutes, sancti et immaculati fiant.

VI. Haec Sanctorum gratuita praedestinatio ex Veteri atque Novo Testamento mirifice probatur, eamque Sancti Patres ante S. Augustinum aperte docuerunt: ecce illustriores; S. Clemens Romanus, S. Irenaeus, S. Cyprianus, S. Ephremus, S. Hilarius, S. Basilus Magnus, S. Gregorius Nyssenus, S. Ioannes Chrysostomus, S. Ambrosius, atque S. Hieronymus. Antiquiores tamen SS. DD. quum nondum Pelagianos homines redarguere cogerentur, non raro hanc veritatem transcurrit ac leviter attingunt; quam postea centies clarius atque accuratius tractavit D. Augustinus.

VII. SS. PP. D. Augustino posteriores constanter eandem docuerunt veritatem; et saeculo VIII. Patres Concilii Valentini III. cui praefuit etiam S. Remigius, illustris Archiepiscopus Lugdunensis, can. III. eam veritatem manifestissime ita sanxerunt atque decreverunt: *Fidenter fatemur, praedestinationem electorum ad vitam, et praedestinationem impiorum ad mortem: in electione tamen salvandorum misericordiam Dei praecedere meritum bonum; in damnatione autem periturorum meritum malum praecedere iustum Dei iudicium.* Hanc definitionem probarunt atque confirmarunt Concilia Tullense, et Lingonense, apud Saponarias, atque Nicolaus I. Rom. Pont.

VIII. Confirmatur etiam ex Iesu Christi gratuita Praedestinatione, nostrae quidem exemplari: ex gratuita parvulorum praedestinatione, ex gratuito finalis perseverantiae dono: atque ex incomprehensibilitate tanti mysterii: Si enim, ait D. Augustinus (2), *inscrutabilis quaestiois hujus isla esset solutio, quam tu (Iuliane) sapis secundum merita voluntatum, tam manifesta esset, ut nulla ejus difficultate compelleretur Apostolus dicere: O homo, tu quis es, qui respondeas Deo?*

VIII. Deinde omnia omnino, quae contra gratuitam praedestinationem et obiecta fuere, et modo etiam obijciuntur,

(1) D. Hieron. *Apolog. adv. Rufin.* l. 1. edit. Benedictin. T. III. p. 375. (2) *Op. imp.* l. 1. c. CXXVI.

esta diferença: a predestinação é a preparação para a graça, enquanto a graça é a doação efectiva da predestinação... Estas coisas dispôs distinta e ordenadamente S. Paulo na Carta aos Romanos, cap. VIII, v. 29 e 30. Com efeito, não são escolhidos Paulo e os que a ele são semelhantes, porque eram santos e imaculados, mas são escolhidos e predestinados para que, por uma vida consequente pelas obras e virtudes, se tornem santos e imaculados.

VI. Esta gratuita predestinação dos Santos prova-se admiravelmente no Velho e no Novo Testamento, e abertamente a ensinaram os Santos Padres anteriores a Santo Agostinho, dos quais os mais ilustres são: S. Clemente Romano, Santo Ireneu, S. Cipriano, S. Efrém, Santo Hilário, S. Basílio Magno, S. Gregório de Nissa, S. João Crisóstomo, Santo Ambrósio e S. Jerónimo. Contudo, os Santos Doutores mais antigos, como ainda não tinham tido que combater homens pelagianos, algumas vezes tocavam esta verdade de passagem e levemente; a qual depois tratou muitas vezes Santo Agostinho com mais clareza e mais cuidado.

VII. Os Santos Padres posteriores a Santo Agostinho ensinaram constantemente a mesma doutrina e no século VIII os Padres do concílio de Valença a que presidiu também S. Remígio, ilustre Arcebispo de Lião, no can. III manifestamente sancionaram e decretaram esta verdade assim: firmemente confessamos a predestinação dos eleitos para a vida e a predestinação dos ímpios para a morte; na eleição dos que se haviam de salvar, a misericórdia de Deus precedeu o mérito bom; na condenação dos que haviam de perecer, o mérito mau precedeu o justo juízo de Deus. Os concílios de Tulle e Lingonense junto a Saponárias e o Romano Pontífice Nicolau I aprovaram e confirmaram esta definição.

VIII. Confirma-se também pela gratuita predestinação de Jesus Cristo, na verdade exemplo da nossa; pela gratuita predestinação das crianças, do gratuito dom da perseverança final e pela incompreensibilidade de tão grande mistério. Com efeito, diz Santo Agostinho, se a solução deste insondável mistério fosse a que tu (Juliano) dás, tomando por base os méritos da vontade, seria tudo tão claro que o Apóstolo não se teria visto obrigado a dizer: Ó homem, quem és tu para pedir contas a Deus?

VIII. Além disso, tudo o que foi objectado contra a predestinação gratuita e mesmo agora se objecta

(21)

tur, jam olim a S. Augustino ejusque Discipulis planissime diluta fuerunt. immo vero ex D. Augustino quae contra *gratuitam* praedestinationem *ad gloriam* objectantur, eadem etiam contra Divinam praescientiam pariter objici possunt: *a confitenda* (1) igitur *secundum gratiam* (id est, *gratuita*) *praedestinatione sanctorum detertere non debent, sicut non deterremur a confitenda praescientia Dei.*

X. S. Augustinus, S. Prosper, Auctor Hypognosticon, Patres Sardinenses, S. Fulgentius, Hadrianus I. Rom. Pont. Lupus Servatus, atque PP. Concil. Valentini, Tullensis et Lingonensis cum Nicolao I. eam doctrinam, *ut de fide*, etiam habuerunt. *Hoc scio*, ait D. Augustinus (2), *neminem contra istam praedestinationem, quam secundum Scripturas Sanctas defendimus, nisi errando disputare potuisse.* Dignissimus est, qui attente legatur S. P. Benedictus XIII. in Brevi Pretiosus art. 41.

XI. Igitur *gratuitam* praedestinationem *ad gloriam* pertinere *ad fidem* cum S. Augustino ceterisque SS. DD. affirmamus: quin tamen haereticus sit habendus, qui eam post praevisa merita esse dixerit, licet gravissime erraret; nondum enim is error sollemni et unanimi Ecclesiae judicio damnatus est; neque haereticus dicendus, quicumque in hoc argumento errat. haereticus tamen esset, et qui praedestinationem *completam*, seu, ut loquitur schola, *adaequatam, gratuitam* esse negaret; quum *fidei* jam *articulus* sit, praedestinationem *ad gratiam*, quae in *adaequata* continetur, esse mere *gratuitam*; et qui, praedestinationem *ad gloriam* esse ex praevius meritis, ac solis liberi arbitrii naturalibus viribus comparandis, quaecumque ea sint, atque sine Iesu Christi gratia, audacter adferreret.

XII. Attendas tamen velimus, in rei veritate idem esse praedestinari, secundum Dei propositum, *ad gratiam*, qua infallibiliter et certissime liberabuntur electi; et praedestinari *ad gloriam*, quae a *perseverantia finali in iustitia*, quae utique Dei gratia est, sejungi non potest.

XIII. Falsissimum est, SS. PP. D. Augustino antiquiores de praedestinatione tantum *ad gratiam* fuisse loquutos. Ex iis tamen, maxime ex Graecis, quum de praedestinatione agunt, sunt

(1) *De dono persever.* c. XV, n. 38. (2) *De dono persever.* c. XVIII, n. 48.

já outrora foi por Santo Agostinho e pelos seus discípulos diluído; mais, a partir de Santo Agostinho, todas as coisas que são objectadas contra a predestinação gratuita à glória também podem ser objectadas contra a presciência divina: não devem, porém, dissuadir-nos de confessar a predestinação dos Santos segundo a graça (isto é, gratuita), assim como não nos deve dissuadir de confessar a presciência de Deus.

X. Santo Agostinho, S. Próspero, o autor do *Hypognosticon*¹, os padres Sardienses, S. Fulgêncio, Adriano I Romano Pontífice, Lupo Servato, e os Padres do concílio de Valença, Tulense e Lingonense com Nicolau I também tiveram esta doutrina como *de fide*. O que sei, diz Santo Agostinho, é que ninguém conseguiu discorrer contra esta predestinação que, de acordo com as Santas Escrituras, defendemos a não ser incorrendo em erro. É digníssimo de ser lido atentamente o Sumo Pontífice Bento XIII no Breve *Pretiosus*, art. 41.

XI. Portanto, afirmamos com Santo Agostinho e os restantes Santos Doutores que a predestinação gratuita à glória pertence à fé, sem que, todavia, seja tido como herético – embora erre gravemente – o que a disser depois da previsão dos méritos; porque este erro ainda não foi condenado por um solene e unânime juízo da Igreja, nem se deve chamar herético ao que erra nesta matéria; seria, todavia, herético aquele que negasse que a predestinação é completa ou, como diz a escola, adequada, gratuita, pois, sendo já artigo de fé que a predestinação à graça que está contida na adequada é meramente gratuita – e aquele que audaciosamente afirmasse que a predestinação à glória vinha dos méritos previstos e obtidos apenas e só pelas forças naturais do livre – arbítrio, quaisquer que sejam, e sem a graça de Jesus Cristo.

XII. Queremos, todavia, que tenhas em atenção que, na realidade, é a mesma coisa ser predestinado segundo o desígnio de Deus à graça, pela qual infalível e certissimamente os eleitos serão libertados, e ser predestinado à glória, a qual não pode ser separada da perseverança final na justiça, que é uma graça de Deus.

XIII. É falsíssimo que os Santos Padres anteriores a Santo Agostinho só tenham falado da predestinação à graça. Destes, sobretudo os Gregos, quando tratam da predestinação

¹ *Hypognosticon* ou *Hypomnesticon contra pelagianos et caelestianos*. De autor incerto, mas pouco posterior a Agostinho. Trata da teologia da graça e da predestinação. (N.T.)

(22)

sunt qui de ea in *exsecutione* loquantur, non in *intentione*: alii vero, ne libertatem viderentur evertere, de qua tum agebatur, *operum praescientiam* pro ipsa gratuita praedestinatione caute dixerunt. Denique antequam Pelagii essent errores, SS. DD. saepe neque accurate neque etiam consulto de gratuita ad gloriam praedestinatione tractabant: non enim habuerunt necessitatem in hac difficili ad solvendum quaestione *versari*, quod proculdubio facerent, si respondere talibus cogerentur.

XIII. Electos Deus liberat, secundum Apostolum, *vocans, justificans, et glorificans*: Haec enim (1) omnia, id est, et *vocationis nostrae initia*, et *justificationis augmenta*, et *glorificationis praemia*, in praedestinatione semper Deus habuit, quia et in *vocatione*, et in *justificatione*, et in *glorificatione* sanctorum gratiae suae opera futura praescivit. quae gratiae praedestinationis sunt effectus.

XV. Attamen sola *vocatio efficax*, quae fit (2) secundum *propositum Dei*, est praedestinationis effectus; non enim omnium, qui *vocantur*, talis est, sed tantum electorum: ita ut in praedestinatis sine poenitentia sint dona et *vocatio Dei*. Iustificatio autem, praedestinationis effectus, est *justitia cum finali perseverantia conjuncta*, non vero temporalis: Ipse namque (Deus).... (3) eos facit perseverare in bono, qui facit bonos. qui autem cadunt et pereunt, in praedestinatorum numero non fuerunt. Glorificatio autem, seu *conlatio Glorae in tempore* est etiam praedestinationis effectus: ii enim tantum vere et certissime liberabuntur, quos liberabit de corpore (4) mortis hujus gratia Dei; et *vita* (5) aeterna, quae bonae vitae redditur, Dei gratia est.

XVI. Deus (6) praedestinationis suae opera *vocatione inchoat*, *glorificatione consummat*: non tamen in omnibus quos *vocat*, sed quos secundum *propositum vocat*; Diligentibus (7) enim Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum *propositum vocati* sunt. Usque adeo prorsus (8) omnia: ut etiam si

(1) S. Fulgent. l. I. ad Monim. c. XI. (2) D. Aug. Retract. l. I. c. XXIII. n. 3. et Epist. CXXXVIII. ad Paulinum n. 21. 22. (3) D. Aug. De corrept. et grat. c. XII. n. 36. (4) D. Paull. ad Rom. c. VII. 24. (5) D. Aug. De grat. et lib. arbitr. c. VIII. n. 20. (6) Hadrianus I. S. P. Epist. ad Hisp. Episcop. ex S. Fulgent. Epist. V. ad Eugyp. Abbat. (7) D. Paull. ad Rom. c. VIII. 28. (8) D. Aug. De corrept. et grat. c. VIII. n. 24.

há os que falam dela *in exsecutione*, não *in intentione*; outros, para que não parecessem destruir a liberdade, da qual então se tratava, cautelosamente falaram da presciência das obras em lugar da própria predestinação gratuita. Finalmente, antes dos erros de Pelágio, os Santos Doutores nem cuidadosamente nem expressamente tratavam da predestinação gratuita à glória: com efeito, não tiveram necessidade de se debruçar sobre esta questão difícil de resolver, o que, sem qualquer dívida, fariam, se fossem obrigados a responder a tais questões.

XIII. Deus liberta os eleitos, segundo o Apóstolo, chamando, justificando, e glorificando: todas estas coisas, isto é, os inícios da nossa vocação e os progressos da justificação e os prêmios da glorificação sempre teve Deus na predestinação, porque, quer na vocação quer na justificação, quer na glorificação dos Santos, previu as obras futuras da sua graça, as quais são efeitos da graça da predestinação.

XV. Contudo, só a vocação eficaz, que se faz segundo o desígnio de Deus, é efeito da predestinação. Pois não é tal a de todos os que são chamados, mas somente a dos que são eleitos. Porque nos predestinados os dons e a vocação de Deus são irrevogáveis. A justificação, efeito da predestinação, não é a caridade temporal, mas a que persevera até ao fim. Portanto, (Deus) leva a perseverar no bem os que justifica. Os que caem e perecem não estavam no número dos predestinados. A glorificação ou a oferta da glória no tempo é também um efeito da predestinação: só serão libertados verdadeira e certissimamente aqueles que a graça de Deus libertou deste corpo de morte; e a vida eterna, recompensa da vida recta, é uma graça de Deus.

XVI. Pela vocação começa Deus a obra da predestinação, e consuma na glorificação, não em todos aqueles que chama, mas nos que chama segundo o seu desígnio. Deus concorre em tudo para o bem dos que o amam, daqueles que segundo o seu desígnio são eleitos. Disse “tudo”, de modo que

(23)

etiamsi qui eorum deviant et exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum.

XVII. Molestiae igitur, morbi, et ipsa mors; et peccatum, id est, *permissio peccati*, pro eo quod *carentia* est auxilii, quam, tum, quando a Deo desertus electus, ei gratia denegatur, consequitur lapsus, ex voluntatis tamen humanae malitia; dici possunt etiam praedestinationis effectus, ratione scilicet bonorum, per quae Deus ex electorum lapsu vult ipsis prospicere atque consulere, secundum illud David, *Bonum mihi Domine, quod humiliasti me.*

XVIII. Immutabile est praedestinans electos Divinum decretum, immobilis eorum praedestinatio *ad gloriam*, atque *ad constitutum ejus gradum*: absque tamen *fatali necessitate*. Certus ac definitus est praedestinatorum numerus, ita ut nec (1) addatur ei quisquam, nec minuat ex eis: nullus peribit in aeternum, quia non fallitur Deus (2).... quia nulla re vincitur Deus.

XVIII. Ea praedestinationis certitudo, atque immutabilitas praecipue deducenda est non ab Dei praescientia, sed ab efficacia Divinae Providentiae ac Voluntatis, cui nemo resistit. Ille hoc (3) vult, qui omnia, quaecumque voluit, fecit; quod vult, semper insuperabiliter facit. hoc utique in eis impletur, quod Omnipotentis Dei Voluntas incommutabilis et insuperabilis habet. Et licet in aliquo sensu dici possit, quod praedestinatus possit damnari; attamen praedestinatorum (4) nemo cum diabolo peribit, nemo usque ad mortem sub diaboli potestate remanebit. sine poenitentia enim sunt dona et vocatio Dei.

XX. Etsi (5) praedestinatio apud illum, qui fecit, quae futura sunt, incommutabilis permaneat; apud nos tamen, dum in praesentis vitae periculis versamur, incerta est. quamobrem, secundum Tridentini Concilii definitiones, nemo certo statuat se omnino esse in numero praedestinatorum, nisi ex speciali revelatione didicerit, absoluta infallibili certitudine, certitudine fidei, inque finem perseverantiae donum se certo habiturum. Nostrae attamen praedestinationis humilem habere possumus fiduciam, seu moralem certitudinem, ex conjectura quidem

(1) D. Aug. *De corrept. et grat.* c. XIII. n. 39. (2) *Id. ib.* VII. n. 14. (3) S. Fulgent. l. II. *De remission. peccat.* c. II. (4) D. Aug. *De Trinit.* l. XIII. c. XVI. n. 20. (5) D. Prosp. *Ad object.* Vicentin. c. XII.

se alguns se desviam e se afastam do bom caminho, fará que mesmo isso lhes aproveite como bem.

XVII. Portanto, moléstias, doenças e a própria morte; e o pecado, isto é, a permissão do pecado, pelo facto da carência de auxílio, a que se segue a queda, quando ao eleito, abandonado por Deus, lhe é negada a graça, por malícia da vontade humana; pode dizer-se que são também efeitos da predestinação, em razão dos bens pelos quais Deus da queda dos eleitos quer velar e cuidar deles, segundo aquelas palavras de David: foi bom para mim. Senhor, o facto de me teres humilhado

XVIII. É imutável o decreto divino que predestinou os eleitos, imóvel a sua predestinação à glória e ao grau que foi determinado, sem, contudo, uma necessidade fatal. É certo e definido o número dos predestinados ao Reino de Deus, de tal modo que não é possível nenhum acréscimo ou diminuição, nenhum perecerá eternamente, porque Deus não se engana... por nada pode ser vencido.

XVIII. Esta certeza da predestinação e imutabilidade deve ser deduzida principalmente não da presciência de Deus, mas da eficácia da Divina Providência e Vontade à qual ninguém resiste. Ele quer isto, Aquele que fez tudo o que quis fazer; o que quer, faz sempre insuperavelmente; isto realiza-se pela Vontade imutável e insuperável de Deus Omnipotente. E embora em algum sentido se possa dizer que o predestinado possa condenar-se, contudo, ninguém perecerá com o diabo, ninguém permanecerá sob o poder do demónio até à morte, porque os dons e a vocação de Deus são irrevogáveis.

XX. Embora a predestinação permaneça imutável naquele que fez o que se há-de dar no futuro, é, contudo, incerta para nós, enquanto vivemos no meio dos perigos da vida presente. Por esta razão, segundo as definições do concílio tridentino, ninguém se considere que pertence ao número dos predestinados, a não ser que tenha sabido por uma especial revelação, com uma absoluta, infalível certeza, com uma certeza de fê, que há-de ter seguramente o dom da perseverança até ao fim. Contudo, da nossa predestinação podemos ter uma humilde confiança ou certeza moral, percebida por conjectura

(24)

dem perceptam, ex virtutum scilicet per Iesu Christi gratiam progressionem, atque bene actae vitae conscientia.

XXI. Denique praedestinatorum, sive de universa hominum multitudine, sive tantum de Christianis loquamur, multo minor est numerus. ex adultis etiam fidelibus multo pauciores esse, qui aeternam consequuntur vitam, et verissime et firmiter adseveramus. *Luceo* (1), agebat. S. I. Chrysostomus, *dum mihi venit in mentem, quanta pereat eorum multitudo, qui salvi erant; quantam faciam fratrum iacturam; quam exiguum in numerum redigantur, qui salutem adipiscuntur, ut major pars corporis Ecclesiae mortuo et immobili corpori adsimiletur.*

XXII. Hanc verissimam doctrinam nos constans et perpetua docet ab Ecclesiae initio SS. PP. traditio, atque unanimis; et profecto in ea docenda quam mira eorum est consensus! praedicanda igitur populo atque tradenda ea est, idque utilissimum: neque cautiore atque prudentiore nos SS. Patribus esse velimus. Eam doctrinam *ad fidem pertinere, ad firmare merito quisque potest; eosque errare, qui eam non profitentur; quorum maxime coercenda petulantia ingenia.... Sacram Scripturam ad suos sensus contorquentium.... contra unanimum consensum Patrum ipsam Scripturam interpretantium.*

XXIII. Quemadmodum ex una massa (2) perditionis alios salvare dicimus bonitate et gratia Dei; ita alios iusto et occulto iudicio derelinqui credimus. Quos Deus ad Gloriam non praedestinavit; relictos, repulsi, despecti, *vasa Irae, vasa in contumeliam, in interitum apta, reprobi ii sunt: eorumque reprobatio Divinae Providentiae est actus, quo in damnata massa relinquuntur aeternae damnationi destinati; qui actus est Dei Voluntas excludendi a Gloria, praevisto tamen peccato originali, et permittendi reprobos excidere a Gloria; et voluntas eos aeternae damnationi addicendi, praevistis peccatis in quibus decessuri sunt: haec dicitur positiva reprobatio; illa negativa, quae quidem non est mera non praedestinatio, eamque, prout concipere solemus, subsequitur positiva, quam SS. PP. modo praedestinationem ad mortem, ad interitum, modo ad poenam vocant.*

XXIII. Iustissime in massa damnata Deus reprobos despectit,

(1) *Homil. in illud. Si esurierit inimicus.* n. 2. T. III. p. 158. edit. Bened. (2) Petr. Diac. et Socior. *Epist. ad PP. Sardinenses* c. VII. n. 21.

a partir do progresso das virtudes pela graça de Jesus Cristo e pela consciência de uma vida rectamente conduzida.

XXI. Finalmente afirmamos com firmeza que o número dos predestinados, quer falemos de toda a multidão dos homens, quer apenas dos cristãos, é muito pequeno; também dos adultos fiéis são muito poucos os que alcançam a vida eterna. Choro, dizia S. João Crisóstomo, quando me vem ao pensamento a grande multidão daqueles que perecem e deviam salvar-se; quão grande é a perda dos irmãos; quão exíguo é o número dos que alcançam a salvação, de tal modo que a maior parte do corpo da Igreja se assemelha a um corpo morto e imóvel.

XXII. Desde o início da Igreja ensina-nos esta doutrina veríssima a constante e perpétua tradição dos Santos Padres; unânime no seu ensino, quão admirável é o seu consenso! Deve ser pois pregada ao povo e transmitida – o que é utilíssimo; nem queiramos nós ser mais cautelosos e mais prudentes do que os Santos Padres. Quem quer pode afirmar com razão que esta doutrina pertence à fé; e que erram os que a não professam... cujos engenhos petulantes maximamente devem ser reprimidos... torcem a Sagrada Escritura de acordo com as suas opiniões, interpretando a própria Escritura contra o consenso unânime dos Padres.

